

nis: quæ dum mulcent, docent. Quapropter haud re-  
stè Horatius dixit.

*Nam prodeesse volunt, aut delectare poëtae Melius deinde ait.  
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.*

Non enim delectat ut delectet poëta, sicuti Musica  
xgrum, sed ut doceat & pro sit. Qui ergo solummodo per-  
se delectationes attendunt, finem suæ artis ignorant veluti  
qui venere cum vxore vtitur non prolis gratia, ut na-  
tura instituit, sed voluptatis tantum. Rectius S. Amb.  
certare doctrinam cum gratia in psalmodia dixit:  
cum psalmos exponeret. Præterea Rhetor suadet singu-  
latiter bonum partiale huic ciuitati, vel Regi, vel sena-  
tui, vel homini, & hic, & nunc, & ex proposito: sciunt  
enim omnes huius gratia fieri sermonem. Poëta verò  
omne bonum & omne verum & omnibus hominibus  
suadere potest, & vniuersaliter tractat. Et licet actiones  
singulares repræsentet, eas tamen tanquam ideas  
proponit, quæ vniuersaliter cunctis profundunt, sicut de  
vultu Petri imagines exprimuntur plutes, & de vita Chri-  
sti perimitationem, sancti plurimi prodie runt, illam pro  
exemplari tenentes. Idcirco diximus poëtam propinare  
exempla Rhetori: describit enim heroës, Mulieres, sa-  
cerdotes, Meretrices, vitiosos virtuosos, euentus & for-  
tunatas istorum, laudes, & vituperia, vnde viuere disca-  
mus, mala auersari, bonaque sectari. Præterea Rhe-  
tor & alij artifices, eos, qui audire volunt, & possunt,  
& sciunt, docent, propriæ artis obiectum; ut bonum se-  
cundum nos Orator, Physicus veritatem naturæ: & aliæ  
aliud. Poëta verò docere potest omne verum, & omne  
bonum; & audire nolentes aut nescientes, aut non po-  
tentest, potest facere ut audiant, & suscipiant disciplinam.  
Et licet in Rhet. docuerimus idem per parabolas ab ora-  
tores fieri posse, id ex parte verum est, & quatenus poë-  
tica virtute vtitur orator, & solum nolentes capit. Poë-  
ta verò etiam in doctos & discere non potentes mansue-  
facit, & docet: plus enim nungiæ est in poëtica quam in  
Rheticaria, ut mox patebit.